



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 62. Ludovicus VIII. Rex Franciæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

ad Es-  
uctum,  
is ma-  
Phi-  
dedit,  
e Turo-  
lis Ca-  
aconus  
Bene-  
, Offi-  
anend,  
etiam  
ensem  
onatut  
partes  
& vi-  
ns, la-  
Episco-  
ducen-  
manis  
bi Epis-  
at, sed  
flare;  
m non  
, eum  
antum  
m ab-  
e una-  
patum  
atque,  
esimo  
hiepi-  
scop°  
scopo Senonensi inauguratus est. Tum Sæcul. XIII.  
hanc Sedem annis quatuordecim ob- A.C. 1223.

## §. LXII.

### *Ludovicus VIII. Rex Franciæ.*

Philippo Regi Augusto defuncto Ludo-  
vicius VIII. filius ejus natu major, *G. Nang.*  
anno ætatis suæ trigesimo sexto, succes. 1223.  
sit, ac Remis cum Regina Blanca uxore <sup>8. ep. 77.</sup> Rain. n. 36.  
sua a Guilielmo Archiepiscopo, die sex <sup>ep. 135.</sup>  
ta Augusti, anno millesimo ducentesimo Rain. n. 42.  
vigesimo tertio, unctus, annos tres & *Dachesne*  
menses quatuor Francis imperavit. Pri- <sup>to 5. p. 857.</sup>  
mam ad eum Honorius Papa die vigesi- <sup>858.</sup>  
ma quinta Octobris dedit Epistolam,  
consolatoriam ob mortem patris, horta-  
tus, ut defuncti virtutes, & in primis e-  
jus in Sacram Sedem devotionem imi-  
taretur. Alteram deinde scripsit die de-  
cima quarta Decembris, eamque defe-  
rendam tradidit Simoni Sulliacensi Ar-  
chiepiscopo Bituricensi, Hugoni de Mon-  
teregeo Episcopo Lingonensi, & Guarino  
Episcopo Silvanectensi, Præsulibus  
Regi addictissimis, quorum primi duo  
tunc Romæ versabantur. Hujus Episto-  
lae Pontificiæ Summa est: *Cum omnes*  
*Principes Christiani de defensione Eccle-*  
*siae, Matris suæ, rationem Deo redde-*  
*re teneantur, grave tibi accidere ac in-*  
*dignum videri debet, quod Hæretici in-*  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XIX. Ss re-*

Sæcul. XIII. regione Albigenſi, intra terminos regni  
A.C. 1223. tui, Fidem Christianam manifeste ac intrepide impugnant. Denique si potestas  
 Sæculi raptoreſ persequuntur & fu-  
 res, tu qui regni ſolium obtineſ, tu-  
 ram tuam ab Hæreticis, qui animaſ n-  
 bus omnibus pretioſores furantur &  
 rapiunt, non purgabiſ? Porro non abi-  
 que dolore cordis & gravi mentis am-  
 ritudine videmuſ, omnes conatus ad ex-  
 tirpandam Hæreſim adbibitoſ bucuſque  
 propemodum in caſſum cecidiſſe, latuſ  
 diſſundi virus, & timendum eſſe, m-  
 inficiatur regnum tuum, ſingulari Dei  
 Benediçtione p̄e aliis in Fide fundatum  
 & confirmatum, atque ita fore, ut, p̄a-  
 cipua parte labante, tota Eccleſia noua  
 perſecutione turbetur. Quare hortamu-  
 te & obſecramuſ Principem Catholicum,  
 ac Principum Catholicoruſ Successoreſ;  
 primitiaſ Regni tui Deo offer, & ca-  
 ſam JESU Christi defendendam fuſci-  
 ſecurus, auxiliuſ Eccleſia Romana non  
 ſpirituale modo, ſed etiam temporale nu-  
 quam tibi defuturuſ. Ceterum quia  
 compertum nobis eſt, Amalricuſ Co-  
 mitem Tolofanum quidquid juris in Co-  
 mitatu Tolofano babet, tibi offerre, Di-  
 tionibuſ tuis jungendum, rogamuſ te, ut  
 recipias, eo fruariſ & in Successoreſ  
 tuos transfundas. Tibi enim ignotum  
 non fit, Raimunduſ ejusque filiuſ, ſp̄

is regni  
e ac in-  
potesta-  
& fu-  
, tr-  
nas n-  
tur &  
on ab-  
's am-  
ad ex-  
acusque  
latius  
re, m  
ri Dei  
datum  
, pra-  
a nova  
tamur  
licum,  
orem;  
cav-  
fuscipt  
ea nos  
le num-  
i quia  
n Co-  
n Co-  
, Di-  
te, ut  
ffores  
potum  
spes-  
tis

tis nostris monitis, in malo contumaciter Sæcul.XIII.  
obfirmatos, jam diu a nobis anathemate A.C.1223.  
fuisse confixos. Honorius Papa, cum  
hæc scriberet, adhuc mortem Raimun-  
di senioris nescivisse videtur.

### §. LXIII.

#### Regula Fratrum Minorum con- firmatur.

Sub idem tempus Honorius Papa Re- *Vit. per*  
gulam Fratrum Minorum, Bulla die *S. Bonav.*  
vigesima nona Novembris anno salutis *c. 4. sub fin.*  
mille simo ducentesimo vigesimo tertio,  
Poncificatus sui octavo, in formæ au-  
thentica data, confirmavit. Nam S. Fran-  
ciscus videns, quam late Ordo suis pro-  
pagaretur, creditit sibi curandum esse,  
ut Honorius Papa Ritu magis solemnî  
Instituti sui rationem confirmaret, quam  
Innocentius non nisi viva voce appro-  
basset. Ista cogitanti per quietem quæ-  
dam revelatio ostensa est. Videbatur  
sibi, minutissimas panis micas e terra  
collegisse, quas compluribus Fratribus,  
fame pressis, & se circumstantibus, di-  
stribueret, ac cum timeret, ne micæ istæ  
ob tenuitatem e manibus suis elaberent-  
ur, vocem audire ex alto: *Francisce!*  
*ex omnibus his micis unam hostiam fac,*  
& de ea manducaturis porridge. Fecit,  
quod jubebatur, omnesque, qui parti-  
culam

Ss 2

culam